**P**ost materia de contractibus resoluta per diffinitiones et diuisiones et modos significandi metaphisicales et theologicos vsq; ad genus generalissimum quod est iusticia. et hoc sub viginti considerationibus descendendum videtur ad particularē casum. Deinde circumstantie notabuntur. quo facilius et verius possit factum vel vnde ius oritur sciri. Traditus est autē casus talis. Comunitas alicuius terre licentia habet a domino suo de certa impositione faciendā sup his. que venduntur infra suos fines. vt pro qualibet libra duos denarios. et qd super huiusmodi obventionibus possit certum annuum censum vendere. addita tamen facultate redimendi precium quoq; statutum est quindecim pro vno. Quoddam monasterium emit ab hac comunitate ius recipiendi centum floren. annuatim. pro duobus milibus floren. in numerata pecunia datis. et adiecta facultate redimendi. Questio est si dictus contractus sit usurarius vel alias illicitus. Hunc igitur circumstantias explicem. Prima circumstantia est ex parte ementium. quorum vita rationabiliter presumere facit qd non in fraude usurarii vel illiciti que stus. vellent inire contractum aliquē scienter usurarium. etiam pro morte temporalis. Secunda quia parati fuerunt et sunt stare iudicio peritorum. sicut et ab initio. et consequenter consulerunt plurimos. tam viua

voce qd per scedulas et scripturas. quorum fuit consilium. qd licitus erat eis contractus suus. immo fortassis esse potuit qd ille vel similis erat eis debitus. ne desolaret monasterium. cui succurrere debitu habet. nec aliter inueniunt. Tertia circumstantia est qd ultra precium solutu per dominum patrie constitutu legitime tradiderunt quartam partem. et quantum dedissent pro redditibus perpetuis. Et supponitur qd augmentum precij fuerit de consensu domini vel vere vel interpretatiue. Quarta qd venditio tam efficax fuit ex parte eorum tam in voluntate qd in opere translationis. qd nullam sibi retinuerint facultatem retrahendi precium datum. Quinta circumstantia est paupertas ementium immo desolatio si non inuenirent venales redditus. quos malent esse perpetuos. sed non inueniunt obstante circumstantia patrie. in qua prohibitum est lege superioris domini. ne fiat venditio reddituum perpetua. sed semper cum facultate redimendi. Sexta qd si vellent procedere usurario titulo plano vel palliato. repirent pro pecunia data in precium venditionis. longe ampliorē censum annualem. vt si posuissent in cambio usurario mille francos. habuissent centum francos annuatim vel amplius. vbi non habent pro duobus milibus francis nisi centum francos. Et hinc patet. neq; fraudem usurariam committere. neq; scandalum vt ab alijs committatur. dare quod bene notandum est. Deinde possent induci ex parte vendentium. certe circumstantie seu cause. pro iustificatione legis condite que dicta est. ne scilicet distrahatur hereditates de heredibus ad non heredes. aut ne communitates. perpetuis redditibus onerate tandem depeant. Addita est preterea limitatio precij. sicut potuit rationabiliter institui. Data est insuper licentia comunitati vendenti de qua loquitur casus. qd imponeret duos denarios pro libra ad euitandum fortassis grauius inconueniens de diminutione monetarum. sicut exprimur esse grauiore qd impositiones seu vectigalia. que sunt nerui rei publice sicut cicerone. Amplius non est leuiter presumendum. qd vel dominus patrie illius vel communitates sint immemores salutis sue. qd bona intentione et bono fine fecerunt ea que fecerunt vel obseruant. ex quo de se non sunt

## De contractibus

illicita. sed possunt bene et salubriter fieri  
quibus etiam possent abusus committi. sed su-  
per illis non est habendum iudicium teme-  
rarium per alios. specialiter per ecclesiasti-  
cos. Illud apostoli potius observandum est  
nihil inquireres propter conscientiam. Et illud  
epi. Nolite iudicare. Et illud iuris Quili-  
bet presumendus est bonus. cum similibus multis

**E**liciunt ex predictis circumstantiis/ pro-  
positiones que sequuntur. Et consequenter regu-  
le sequuntur per modum conclusionum rectifican-  
tes emptionem. et distinguentes a mutuo.  
pro decisione materie.

### R Sequuntur propo-

**P**rima propositio est  
Predictus contractus/ non est mu-  
tuus/ nec per modum mutui. Pa-  
tet ex quarta circumstantia prin-  
cipaliter. iunctis alijs.

### Secunda proposi.

**P**redictus contractus/ non habet speciem  
mutui vel fauoris usurarii. Patet ex omni-  
bus circumstantiis. presertim. iij. et. vi.

### Tertia propositio.

**P**redictus contractus non est usurarius  
patet ex precedentibus. et ex usure descriptioe  
que secundum doctores non nisi in mutuo inue-  
nit. Unde si fiat alij contractus illicitis mo-  
dis etiam peioribus quam sit usura. non tamen  
usurarii dicendi sunt.

### Quarta proposi.

**P**redictus contractus/ non est illegitimus  
lege divina vel naturali Et ita si debeat il-  
legitimus dici/ oportet legem ostendere posi-  
tiam/ irritantem homini contractum. que nondum  
palam offensa est. Quod si quis dixerit contractum esse  
prohibitum lege divina vel naturali/ ostendat il-  
lud sibi enim incumbit probatio. sed attendat  
ubi reperiat **D**einde sequuntur propositiones  
in casibus alijs particularibus. unde sumi possunt  
rationes vel similitudines/ ad iustificandum non  
solum casus Et sit hec propositio quinta in  
ordine.

### Quinta propositio

**S**i quis bona intentione velit vendere/  
vel emere rem aliquam primo simpliciter de

inde dare gratiam que res vendita vel empta  
possit retrahi/ ad tempus vel ad semper. hoc  
poterit fieri necdum licite sed meritoze Pa-  
tet ex terminis. Quod si quis dixerit/ magnam  
tempus lapsum requiri ut hec fiant. primo  
venditio. deinde facultas redimendi. an  
aduertat quanta sit celeritas voluntatis  
humane. presertim in hominibus spirituali-  
bus et abstractis ita ut coniuncta realiter/  
possit intentionali dividere et preciosum  
a vili separare. sicut in odio et amore peccati-  
um/ peccatum separatur a peccato. peccans  
amatur. oditur peccatum. quanto magis hoc  
fieri poterit in his quorum quodlibet per se  
licitum esse potest/ sicut in proposito et maxi-  
me quo ad forum conscientie et ad deum:

### Hexa propositio.

**S**i quis prestet pecuniam alicui per mu-  
tuum usque ad certum terminum cum adiectio-  
ne pene que nisi soluat in illo termino/ ob-  
ligabit solvere pecuniam ultra sortem. hoc  
in casu poterit bona intentione et caritati-  
ve fieri et pena recipi Patet in censibus plu-  
ribus tali pacto soluendis. Est autem bo-  
na intentio si mutuans mallet habere pe-  
cuniam suam in termino quam alter incurrat  
penam in differendo. quia forte tunc indi-  
get pecuniam suam et remanere vult indenis

### Septima proposi.

**S**i quis necessitate compellatur recipere ad  
usuram aliquam pecuniam. ne forte damni-  
ficetur in quadruplo vel in rebus siue in vita/  
talis presertim peccato recipere ad usuram.  
Doctores in hoc conveniunt. saluantes que mu-  
tuum recipiens/ non communicabit cum usurario  
in peccato suo. Et ita erit hic contractus usuri-  
arius. et usure peccatum in vno tantum con-  
trahente. Notetur declaratio per simile/ ad  
divinam providentiam. que bene vult malis ali-  
enis **S**i autem ex hac radice et prioribus  
possit iustificari casus noster ex preeminenti-  
um. quicquid fuerit de vendentibus pote-  
rit intelligens indicare.

### Propositio .VIII

**S**i quis vendat bladum vel vinum vel  
aliquid huiusmodi ad credentiam pro ma-  
iori precio quam esset venditurus in prompta  
pecunia/ et hoc faciat ex sincera et pia inte-  
ntione succurrendi proximo. non vendendi  
eum. quin mallet minorem promptam per-

cuniam. nō videtur cōtractus illicitus esse vel usurarius in foro conscientie. Patet ex lege caritatis et ex iure dominij. Nisi forte diceret/ q̄ supior lex/ inuvalidauit omnes cōtractus tales/ propter speciē mali vel sequelā. sicut non est in potestate cuiuslibet transferre pecuniam suam in alterū p̄ sortem capillozū propter h̄mōi inuvalidatōez et ita diceret de multis contractib⁹ Quia (sicut dictum est) decisio finalis. ynde aliquid dicitur meū vel tuū/ dependet ex legibus/ nedum diuinis sed positinis. Propterea cōsiliū habendū est nedum a theologis sed a canonistis qui si discordare uideant/ lex euangelica seu theologica tan/ q̄ architectoria/ iudex erit/ et episcopus seu gnomica vel interpretatiua. **R**ursus addantur propositōes duodecim. faciētes ad elucidationē tam casus propositi. q̄ aliorum in materia contractū. Si pri⁹ hāc regulam ex p̄dictis elicuerimus. **C**ontractus qui de suo genere et ex circumstantijs debz esse gratuitus sicut est mutuum nō inficitur si recipiatur aliquid velut vltra sortem/ altero quatuor modozū. videlicet si fiat. aut pro saluatōe sui interesse aut pro negligentie punitōe/ aut gratia beniuolentie/ aut pro sola proprieuatiōnis redemptione.

**Propositio .IX**

**C**ensualis cōtractus/ de se et de suo genere/ licitus est in multis casibus. Patet in fundatiōib⁹ ecclesiariū. Patet in cōcessione quā quis facit de re sua. Patet cum aliqua ecclesia eximit a iurisdictione episcopi. Patet ex usu quotidiano. Patet deniq̄ per confessionē aduersarioz. qui leges suas et iura ad hoc multipliciter introducunt. Sed omittit allegatio. quia nesciētib⁹ leges et canones/ yana esset. scientibus at̄ supflua vel arrogans uideret. maxime cum non sit presens intentio aliena dicta cape cōtētiōsa argumētatione. nec positinis iuribus p̄cipaliter inniti/ sed diuinis.

**Decima proposi.**

**C**ensualis contractus si fiat ad uitam nō ex eo redditur de se et ex suo genere uiciosus. Presupponit autem q̄ et intentio sit recta. sicut esse potest/ cōformiter ad legem diuinā. et p̄cium cōueniens. iuxta pa-

trie mores et leges. Attento q̄ ibi est probabilis incertitudo lucri vel damni. quā iuriste multum notant. Concurrunt etiā conditōnes venditōnis et emptiōis. quoniam pecunia est p̄cium quod vendēs recipit. Jus autem recipiendi annuati certum redditum in pecunia vel alia re. pecunia mensurabili/ est ibi merx. Secus forte esset si censualis redditus annualis futurozū annozū/ simul et statim solueretur. vbi fraus esse potest. Concurrunt hec eadem ratio pro iustificatione reddituzū perpetuozū. quia non simul eueniunt. Res autem minus valet dum expectatur in longum/ q̄ dum presens obtinet. Dicunt igitur concedētes hanc partem/ mirum videri si possunt licite emi redditus in perpetuum et nequaquā ad tempus vel ad uitam. cum ibi possit esse verus venditōnis et emptiōnis contractus iuxta cōsiderationes prime partis.

**Propositio .XI.**

**C**ensualis contractus/ propter spem lucri maiorem vel probabiliorem in vno cōtrahentium q̄ in altero/ non ideo redditur uiciosus. Fertur hoc esse legis/ autoritas/ allegata etiam p̄ canonistas/ q̄ res tantum valet quantum vendi potest. et q̄ licet in contractu se decipere. sed theologo quibus ad certam regulam loqui fas est/ nomen deceptionis pro licito non libenter assumerent. conueniunt tamen in hoc q̄ non omnis excessus lucri vel damni/ reddit lucrantem. et lucrari sperantem. peccati presertim mortalis. alioquin non salua esset omnis caro. Attento q̄ equalitas iusticie cōmutatiue de re ad rem sicut de pecunia ad pecuniam in cambio/ vel de precio ad precium/ non est punctualis vel indiuisibilis. sed multam habet latitudinem. infra quam potest magis vltra minus dari de precio/ sine iusticie lesione immo et sepe sine restitutionis obligatione. Quāuis de restitutione varius ap̄doctores sit sermo. dicentibus aliquib⁹/ q̄ nisi sit defraudatio vltra medium iusti precij. defraudans non tenetur ad restitutionem. Et in hoc satis concordant omnes dicentes verum esse in foro exteri ori propter irritationem legislatoris. sed de foro conscientie/ nulli dubium quin defraudans tenetur confiteri. **Utrum**

## De contractibus

autem obligetur restituere non est ita claz nec concordatum apud omnes presertim theologos. Non enim videtur necessarium quod ubi concurrunt mutue voluntates vendentis et ementis ut res suas commutent in alterutrum: quod furtum committatur vel rapina iuxta illud. Scienti et consentienti non fit iniuria neque dolus. Precipue dum sciens et volens est sui iuris in sua re. quod dicitur propter pupillos et similes. Et dum consensus non est lege irritatus. sicut in deceptione ultra medium iusti precij. Si preterea consensus sit absolutus. non solum commutationalis. aut finem quid. sicut Aristoteles loquitur de proiciente merces in mare. et de consensu metu mortis extorto. aut per errorem fraudulentum inducto. quoniam ignorantia causat involuntarium vel in toto vel in parte.

### Propositio XII.

Censualis contractus non videtur ex eo reddi de suo genere viciosus. quia redditur de nouo. vel propter hoc quod constituitur in rebus vel personis alijs a persona contrahente. puta quia dicit emptor. tu constitues tales redditus in tali possessione vel seruo. Stante enim simili intentione. nihil videtur referre an census sit iam constitutus vel de nouo licite constituitur. Ut si nouiter redditus aliquis perpetuo emittitur. non refert si statim constituitur census annuus decem floren. plusque si modo statutus post decem annos alteri contrahenti venderetur. Exemplum aliud. si communitas aliqua auctoritate sui principis/mora rationabilibus causis constituit certam impositionem super rebus vendendis infra terminos suos. quid refert si statim eodem contextu constituent centum floren. annualis redditus super huiusmodi impositionibus vel si faciunt hoc lapsa decennio. Et quoniam in hac materia et similibus finem dicitur Augustinus. Tene certum et dimitte incertum. conscientias multorum presertim simplicium et timoratorum/scrupulis varijs inquerat molestat et in perplexitate quandam trahit additur sequens propositio.

### Propositio XIII.

Argumentum sumptum ex consilio vel dubio vnius doctoris quod in illo dubio contrahere sit peccatum mortale non est efficax.

sed temerarium et negandum. **D**oportet enim incertitudinem esse non tantummodo scrupulosam leuem et formidolosam. sed valde probabilem. priusquam agere ea stante/peccatum mortale indicetur. Sic enim dictum sapientis intelligitur Qui amat periculum peribit in illo. Itaque non quod liber dubium facti/sufficit ad causandum peccatum mortale si quid agatur illo dubio stante. ergo nec quodlibet dubium iuris. Assumptum patet in casu cuiusdam decretalis. Si mulier vxorata incipiat per nouam informationem dubitare an attineat viro in gradu prohibito. quo dubio stante/querat vir debitum. quid agat vxor. Si neget. est in casu transgressionis iniuste si non attineat viro suo. si cecidat/est in peccato mortali luxurie. Ponatur alius casus qui est creberrimus quod dubium sit apud doctores aliquos ex vna parte quod hoc debeat agi. dicentibus alijs in pari numero quod oppositum fieri debet. sicut i factio scismatis contendenti de papatu/sepe fuit. Rursus in materia fidei cum doctores dissentunt/licitum est ante determinationem ecclesie sepe tenere vnam partem vel alteram. Rursus induci potest materia insolubilitatis. ut si ticius iuret se accepturum bertam in vxorem. si primu verbu quod dixerit/ fuerit verum. et nullo modo accipiet si fuerit falsum. Tunc dicat hanc solam propositionem. tu non accipies me in vxorem. Querit quid agat ticius. si accipiat piurus est. quia berta dixit veru. Sed hec et similia dimittimus exercitio logicorum. dicentes quod probabilis certitudo sufficit in moralibus: ut non exponat se quis periculo. ut dicunt doctores de celebrante missam. et similibus. ubi requiritur status gratie. quod sufficit ad hoc. probabilis coniectura. Quia certitudo alia sine reuelatione non habet. prout in moralibus dicit Aristoteles sumendam esse certitudinem/grosse et figuratiter. que certitudo non remouet in vna parte omnem probabilitatem/vel opinionem alterius partis. licet magis declinet ad istam/vel ad aliam. quod sufficit. Immo scrupulosus et formidulosus conscientis sepe consilium est in oppositum agere/ presertim ex imperio et consilio doctorum.

Propterea consilium est quod in materia morali non ita leuiter asseratur aliquid.

esse mortale peccatū. dum aliquis doctor dat consiliū super aliquo actu q̄ non fiat maxime dum plures alij posse fieri bñ dicunt. aut q̄ cadit sub dubio prout in casu nostro notatum est. Ubi patet qualem laborintum conscientiarū timoratarū in currimus si quelibet opinio vel consiliū doctorum/sufficit ad incertitudinē faciēdam/ cum frequenter opiniones nedum varie sed aduerse sint inter doctores. nūc propter passionē animorū. nūc propter varios aspectus circumstantiarū. modo illarum solum. modo aliarum. modo omnium. vnde ortam est illud comicum. Quot capita tot sententię. Deniq̄ consiliū est q̄ nō ostendatur tales scripture varie/ cōscientijs simpliciter. quoniā inde nihil proficiunt/ nisi ad maiorē inquietudinē conscientie. Sufficiat eis consiliū suorum superiorum. nec in talibus legendis aut discutiendis occupent se. Postremo iuxta predicta sumēdus est intellectus Augustini dum ait Tene certum. dimitte incertum. Superiores vero studeant providere pacifice securitati subditorum. ne dum per consiliū iurisperitorū scriptis aut verbis/ sed efficacius p̄ autoritatem summi pontificis. vt vel tollat vel mode ref̄ vel interpretetur dubias tot perplexitates/ et positiuas constitutionibus ortas aut saltem det facultatē absoluedi transgressores/ superioribus monasteriorū et ecclesiarum. vt quando dederit domin⁹ spiritum cōpunctōis/ inueniāt promptū remediū. et non in desperatōis precipitiū ruant/ pro difficultate papam vel suā curiam adeundi.

**Propositio XIII**

Argumentū sumptum ex illa regula q̄ vbi est eadē ratio/ debet esse eadē iuris decisio. nō concludit in cōstitutionibus positiuis. nisi facta sit vtrobiq̄ similis cōstitutio. Pro cuius intellectu est rememorandū/ q̄ in agibilibus aliqua sunt quorum ratio dependet immediate et clare/ ex primis principijs moralibus. Alia sunt sic elongata/ q̄ non apparet ratio agibilitatis plus in vno q̄ in altero. nisi supueniat autoritas constituētis et determinātis istam partē plusq̄ alteram. vbi tūc lo cum habet illud satyrici. Sic volo sic iubeo. sit pro ratōne voluntas. Quēadmo-

dum respōdent grammatici interrogati. Cur istud vocabulū sic aut sic significat: quia sic placuit ipositori. Et profecto talem in opibus dei/ sepe nos oportet dare respōsionē. Hunc ad propositū/ stat q̄ duo contractus videatur similes et ad similes effectus bonos vel malos inducentes. et tamen vnus erit lege prohibitus et alter concessus vel permissus. Exemplū in cōtractibus. constat q̄ in venditōnib⁹ perpetuorū reddituū/ possunt provenire plura damna et depauparōes per abusus vendentiū vel ementiū/ q̄ sepe veniant p̄ mutuū/ cum extractōne leui supra sortem. et tamen prim⁹ concessus est legibus alter prohibitus. Et ita de plurimis sine numero iuribus positiuis. Quāuis possz assumpta regula concedi in forma. quia iam non erit eadē ratio pro decisione iuris. si vnū sit lege constitutū alterum nō. facit enī disparitatē autoritas

**Propositio. XV.**

Argumentū fundatū in illa regula. dū aliquid vna via prohibet et altera/ nō concludit/ nisi dum probeat ipm/ factū et nō sola via. Exemplū ponatur/ tam in materia symonie. q̄ vsure. Martinus sacerdos vult lucrari decem francos. et petrus etiā Martinus recipit illā summā pro sustentatōne vite sue. Petrus recipit tanq̄ precium sue misse. sicut symon voluit emere potestatem dandi spiritū sanctū vt in delucraref. Martinus iuste habet decē francos. Petrus iniuste. Ubi manifestū est. quantum operetur intentio et directio cordis. vt aliquis euitare possit faciliter symoniam cum pari seu maiori lucro tempali/ q̄ per damnatā symoniā. Exemplū in contractibus Petrus habz centū libras p̄ piperis vel alterius mercis. vendit consueto precio. p̄ centū frācis. hec est pura venditio nō vsuraria. iohes emptor volēs h̄re p̄mptā pecuniā/ petita dilatiōe solutiōis a petro. vendit alii mercatori statū suū p̄ emptorū p̄ minori p̄cio statū h̄ndo vt p̄. lxxx. frācis sic sibi licitū ē. Cōstat q̄ p̄ istos duos cōtract⁹ iohes venit ad silem effectū. sic fecisset p̄ immediatū dētū vsurariū. q̄ hz. lxxx francos p̄optos p̄ centū ad credētiā. Cōcedendū est tñ q̄ in istis cōtractibus/ q̄ q̄ libet est emptio et venditio vtrobiq̄ de se licita/ potest interuenire fraus in fauorē

## De contractibus

usurarium. peior quā sit usura de suo genere non usura tamen predicta. **U**nde concluditur sicut prius quantum sit in contractibus intentio ponderanda. presertim in contractibus non prohibitis expresse per leges positivā in se vel in suis circumstantiis. quia tunc intentio bona non sufficit ad rectificationē talis actus cum suis circumstantiis prohibitis. ubi tamen posset rectificatio fieri in aliquo simili contractu non prohibito iure positivo. in eadem vel alia patria vel circumstantiis variatis.

### Propositio. XVI

**A**rgumentum sumptum ex tolerantia pape vel ecclesie vel ex consuetudine prescriptio ne et abolitio locum habet in constitutionibus positivis ut positivae sunt. et non in pure naturalibus et divinis. **A**d habendum vero plenam huius propositionis intelligentiam necessaria est cognitio quid sit de iure pure positivo quid de iure divino et naturali. Cuius rei ignorantia vel inadvertentia conturbatorem involuta et perniciosa in doctrina iurium sepe facit. **S**ed quantum sufficit ad presens (quia alibi traditum est) constat quod per easdem causas. res ipsa dissolvitur per quas opposito modo se habentes exorta est. Constat praeterea quod leges positivae tunc solum instituantur cum promulgantur. et vim obligationis habent dum moribus ventium approbatur. **D**icamus igitur quod ubi papa vel ecclesia vel legislator sciunt quod constitutiones suae vel non publicantur. sed dantur oblivioni. vel non approbantur moribus ventium. sed passim fit in oppositum. constitutiones ille desinunt habere vim obligationis tanquam abolite per non usum vel consuetudinem oppositam. que est non legum omnium sed positivarum optima interpretatio. Alioquin tolerantia pape vel legislatoris esset sibi metum repugnans et populis noxia. si vellet quod leges suae haberent vim obligationis. et tamen illas neque publicaret neque exequi mandaret. Fundatur in hac radice abolitio constitutionum quasi sine numero positarum in decretis. quae etiam tradite sunt in conciliis generalibus ut de ieiunando quinquagesimae. vel die sabbati. vel quod sacerdos celebrans habeat duos assistentes. immo plus quod nullus presumat eligere confessorem nisi cum certa auctoritate. cum tamen passim quilibet sacerdos

secularis/audiat in confessione alterum sacerdotem. quia sic est (ut dicitur) consuetudo quae si dicatur corruptela/vix apud sacerdotes erit salutis status. Quid praeterea de tot constitutionibus et regulis positivis/traditis pridem et non observatis. nunc in religionibus. nunc in ecclesiis cathedra libus et collegiatis. nunc in universitatibus et communitatibus. nunc in ipsis etiam iuribus penalibus diceret. Nisi velint assertores oppositi/absque ulla miseratione homines de omni statu precipitare per laqueos transgressionum/in damnationis interitum/cum suis prelatibus atque rectoribus. si cum tanta austeritate faciant arctam viam domini/et praegravent intolerabili iugo ceruices subditorum. verum de hoc alibi latius.

Propositio

### Decimaseptima

**L**ex civilis tolerans usuras aliquas non ideo semper dicenda est contraria legi divinae vel ecclesiae. **P**osset hic fieri declaratio quid spectet ad legem civilem. et quid ad canonicam. et quid ad theologiam. super qua realiter traditum invenit. Quantum vero spectat ad presens satis est dicere quod legislator civilis attendit consistentiam reipublice ad consecutionem pacifici convictus inter cives. ut quod non fiant furta. rapinae. homicidia. et cetera humanum convictum turbantia. **S**ed quae frequenter effrenata nequitia non potest ex toto compesci/agitur more prudentis medici tolerat minora mala/ut peiora vitent. Datur est iam exemplum de meretricibus et in antiqua lege de libello repudii. et de usuris dadas alieno. sicut est textus Deuteronomio. iam allegatus. et xxviii fenerabis gentibus multis et ipse a nullo fenus accipies. Apparuit autem minus malum quod usure leues fierent per succursu indigentium. quae ut inducerent per indigentiam furari rapere aut passim distrahere sua bona mobilia vel immobilia/valissimum precio/cum damno longe maiori quae esset moderata receptio sub usuris. **N**ec inde iudei viverent in ocio per oppressionem incredibilem christianorum quibus fenerant. **C**onstat autem quod hec tolerantia/consona est dictamini naturalis rationis. immo et divinae legis. praesupposito peccato. **C**onstat praeterea quod papa sicut non est immediatus dominus bonorum temporalium praesertim laicorum/ sic non debet passim irritare leges

vtiles pro dispensatōe talium bonorum constitutas. vtiles in quā ciuilitate licet si aut cū peccato qd̄ impedit quo ad finem beatitudinis consequēde. Sufficit q̄ papa vel ecclia/significent vel pdicent tales vel tales tract̄ illicitos esse/de iure euāgelico et in foro conscientie. Si autē vltra voluerit papa procedere/per irritatiōem etiā ciuilem omnium hmoi cōtractuū/penam excoicationis et aliter. sicut videt̄ fecisse in quadā constitutiōe et cōcilio generali/nō est nostrū os ponere in celū. Superponimus bonis ratioibz et circumstantiis motum esse/et nolle moderationibus vtilibus obuiare.

**Propositio XVIII**

**L**ex antiqua/ phibens iudeis vsuras primis suis. sed de alienis cōcedens/ inuenitur apud doctores habere mltiplicem intellectū. Dicentes enī sic vsuram esse illicitā q̄ nullo modo potest bene fieri. sicut nec mendaciū/ ponūt consequēter iudeos peccasse dando alienis ad vsurā. et q̄ deus sufficienter edocuit eos sup hoc p viros eleuatos et ppheticos. cōmendātes eos qui pecuniā suam non dant ad vsurā sicut in psalmo. et in Ezechiel. xxviii. Nō plus loquendo de primo q̄ de alijs. quia etiā omnis homo censend̄ est noster proprius. Exponunt vltērius q̄ dū permittit̄ iudeis Deuterōn. xxviii. pro benedictiōe q̄ fenerabūt̄ extraneis/ fen̄ hic accipit̄ pro supabundantia nō pro vsura. Vel dicunt q̄ recipiēdo vltra sortem/ nō recipiebant nisi rem que aliūde erat sua. propter tyrannidē occupantiū terrā suā. sicut mutati sunt vasa ab egyptijs. Pro quo dicit̄ facere verbū Ambrosij. q̄ licet eos opprimere vsuris/quos licet interficere. Sed sup hoc quia iā aliqua notata sunt pte prima. et nimia subtilitas nō est semp expediens in moralibz discutiēdis/ ppter abuti volentes. Hec tetigisse suffecerit. et dicere pro regula. Ex omnis cōtractus q̄ ex suo genere vel ex circumstantiis debet esse gratuitus/ si interueniat pactū de recipiēdo vltra sortem/ efficit vsurarius. sicut est in mutuo et cōmodatiōe. Et proprie solus talis vsura nominatur.

**Propositio. XIX.**

**L**ex humana statuēs nullos redditus

posse vendi/ nisi cum facultate redimendi/ non facit q̄ cōtractus aliunde licit̄ sit vsurarius. aut solum pignoratit̄. aut q̄ in redemptiōe/ debeat fieri fructuū perceproz deductio. **P**onamus itaqz redditum vel fundū perpetuū/ quē prius licebat emere pro mille francis. Accedat lex dans in cōtractu simili facultatē redimēdi. qua nō obstante/ datur simile precii. immo forte maius. qualis queso posset in hoc casu esse ratio cōtractus vsurarij. aut q̄ in redemptiōe/ pcepti fructus debeant deduci plusqz si in priori casu fieret venditio reddituū perpetuorum post perceptiōē fructuū decem aut viginti annorum. **N**on est estimandū q̄ legislator aliquis. sit princeps. sit cōmunitas. sit p̄latus/ vellet tali modo omnes cōtractus reddere vsurarios. et claudere viam hominibz p̄sertim ecclesiasticis. q̄ non possent vti rebus suis. nec habere sufficientē pro dei seruitio celebrando sustentatōez. Alioquin lex esset nedum stulta. sed impia neqz et sacrilega. et ex consequēti p papam et eccliam cum omni seueritate tollēda. Sed nō est ita presumendū de legislatoribus et intentiōe sua. quin vellet etiā quādoqz minus precii dari vel statui/ propter illā facultatem redimendi. **Q**uo circa p̄nt tam ex precedētibus q̄ ex modo dictis/ notari vel elici/ morales quedam regule.

**Prima regula.** Omnis cōtractus quo licite venditur vel emitur redditus perpetui/ potest similiter esse licitus si eodez cōtractu similiter se habente/ detur facultas mutua redimendi. p̄sertim in foro conscientie.

**Secunda regula.** Omnis cōtractus q̄ ex suo genere debet esse gratuitus/ potest ex circumstantiis quādoqz effici licite nec debitus nec gratuitus. mutando speciem in genere moris. vt de commodatiōe potest fieri locatio. Super his autē vncio lex et ratio iudicabunt.

**Tertia regula.** Omnis cōtractus/ qui ex suo genere vel circumstantiis nō recipit q̄ sit venditio vel emptio ad perpetuū. non videtur secure fieri/ interueniente pacto de facultate redimendi. et hoc maxime in foro exteriori. secus est in locatiōe et cōductiōe. que fieri solent ad tempus.

**Quarta regula.** Omnis cōtractus suspectus habet/ si appareat iūctio p̄babili mala in

## De contractibus

contrahentibus. ut quia negotiatorem solam mercenariam aut questum lucris turpis intendunt. Juxta quod ponitur. xx. et ultima propositio principalis:

### Propositio xx.

**E**x carnis/contraria legi. (in ordine spiritus ac pinde tyrannica/ infectum habens et tenebrosum cordis oculum per cupiditatem et auariciam/faciliter inducit in tentationem et laqueos diaboli. quos sibi met multiplicat et inquit/prodeum contractuum.

**L**egimus hoc pro cholor in experientie libro. et in scriptis doctorum/ qui propter cupiditatis nodos/ vix sciunt euoluere. quibus se malignis adinventionibus circumuoluit. inunctis maxime tot excoicationis sententias. Accipit in super de recte dictis et factis bonorum/ scandalum sibi et offensio/nem. quous scandalum tale sit a recte docentibus et ambulantiibus/ continendum. quia non datum est. sed nequiter acceptum. quale dicebat Christus scandalum esse phariseorum. Non enim minime ageret que agunt/ si ceteri quiescerent.

**A**biicienda est ergo auaricia. ut mundus simplex/ et lucidus haberi possit intentionis oculus in cordis directione/ secundum regulas iusticie. quas sepe magis doceat uinctio quam ratio. Orandum est idcirco deus et cum psal. dicendum. Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auariciam. Cuius uerbi latentem energiam exptus est pridem vnus. per eodem teste cognitum est. qui cum dominica quadam in ramis palmarum/ auaricie morsum repente in corde sentiret. ipse collecto in fide et spe deuotionis spiritu/ designans in imaginem crucifixi/ velut in serpente moysi mysticum/ rationis oculum. profundius ingemiscens. silenti desiderio clamauit. Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auariciam. Nec frustra. mox enim sensit a corde. velut a quadam introitus manu reuellente/ negocium auaricie pambulans in tenebris eijci. Eijciat et a nobis auariciam deus. ut auertat (iuxta propheticum sequens votum) oculos nostros ne videant vanitatem. sed veritatem. que vanitatem exufflat. et absconditas errorum decipulas producit in lucem.

**P**rosum autem in hac luce veritatis/ supradere moralia quedam consilia ne subintret apud ecclesiasticos/ spiritus auaricie. tanto nequior quanto palliat. et obubratus accedit sub specie non como-

di proprii sed communi. **T**ertius esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotacionibus si delium/ quod recipiant redditus iam assignatos quam pro nouiter emendis numerata pecuniam. Tertius insuper esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotacionibus/ pauciores esse in numero monasteriorum vel personarum vel ecclesiarum collegiarum/ quam subire nimias sollicitudines et piculosas anxietates in corpore et anima. in redditibus copandis/ augendis/ maxime si specie usurarie vel simoniacae prauitatis apud simplices habere videatur. ut si fiant de pecuniis collatis/ probabiliter venientibus ex rapinis furtis. usuris. et extorsionibus publicis. nisi fieri constet hoc propter restitutiones incertas et vagas. Tertius est preterea apud ecclesiasticos recipientes vite necessaria/ ut obsequio diuino deseruiat in missis et obitiis celebrandis/ quod eorum intentio non sit obligare se nisi quantum et quousque obuentiones date/ suffecerint pro sue vite sustentatione competenti. ut uinctio et ratio iudicabunt. Tertius ad extremum esse videtur/ si non forte necessarium sed iure supponendum/ apud ecclesiasticos viuentes ut dictum est quod suam intentionem ita regulatam/ exponat suis benefactoribus fundatoribus et sustentatoribus. qui si ex sincera caritate et non pomposa vanitate procedunt/ non retrahentur a proposito suo et profectus apud deum merebuntur. Nihilominus copatiendum est humane fragilitati. que raro producit granum uirtuose caritatis/ siue multiplici palea uanitatis. Quod sub alia metaphora notauit Hieremias dicens. Dies iusticie nostre/ tanquam pannus menstruatus. Propterea non ex operibus iusticie nostre. sed ex sola dei gratia salus nostra.

### Tertia pars que

sequitur post illat quendam tractatum conscriptum in materia tractatum in ualentia arrogonie. per unum doctorem canonicum super his casibus qui incipit Contractus quidam eo quod idem uideatur habere zelum reipublice excessiue.

**P**roterat pauciora etiam sufficere quam scripta sunt sub duplici petitione/ pro decisione casus traditi in materia contractuum. eorum profertur quibus et pro quibus scriptum est statu pensato. Uex succreuit et

agitatione solius recordationis precognitionis in lumine rationis feruor inspectionis noue. doctorum nedum theologie sed iurium. Et venit in mentem dictum triplex preclarissime memorie preceptoris mei domini. S. Cardinalis cameracen.

**E**xptus sum inquit. dum in allegationibus iurium/ mihi veritas impugnari videbatur. Si dimissis glosis sup glosas/ recursus mihi fiebat ad nudam textus litteram mox aptior parebat intellectus. fatentibus hoc idem et miratibus allegantibus in aduersum.

**A**ltez eius dictum post determinationem quam aduersus symoniam celebrat fecit hoc fuit. Hoies inquit si dirigeret intentionem suam in spiritualium datione vel receptione/ multi sunt symoniaci qui non eunt.

**T**ertium eius dictum est illud. Super scriptis humanis qui presupposito peccato sunt naturales atque necessarii/ non debet leuiter reprobatio fieri seu restrictio. vel ad usurariam prauitatem reductio.

**D**ouit me pluries dictum secundum loquitur scribere/ qualis esset habenda directio cordis in actibus tam dandi quam recipiendi spiritualia. Quinetiam dum fieret in concilio Constantien. querela de tollenda symonia/ similiter et usuram. tanquam pessimas in ecclesia pestes. motus ex hoc secundo et ex tertio dicto/ exclamare nonnumquam coactus sum Deus equissime. quis nesciat et symoniam et usuram modis omnibus extirpandas esse. Sed primitus declarandum sub quibus casibus et quibus intentionibus/ propter dicta symonia vel usura committitur. ne daretur iustus cum impio. ne propterea dotationes ecclesiarum obuentiones omni iure debite/ penitus eneruent. quasi sint (vt vulgus insipiens et malignus/ et prout heretici criminantur) symoniace aut ne similiter detur usure titulus/ iustus et necessarius contractibus.

**N**unc autem induxit ne dictum primum. vt curiosius litteram quarundam allegationum proprio considerare intuitu. ne sine lege (vt aiunt) loqui videremur. vnde factum est. vt ex allegationibus clari eniteret pars prima. iurantibus ad hoc theologorum libris doctorum.

**R**edeat igitur ad discussionem tractatus vebementer inuectiuus contra censualistas. Sic enim notat veteres contractibus in casu proposito vel simili et incipit. Contractus quidam. etc. Letez autor non nominat nec opus est.

**R**guit primitus pro parte qua absque ulla dubitatione dicit esse falsam et pessimam. nos vero veram et licitam.

**I**ta tamen si conueniamus in casu cum circumstantiis nostris. Contractus inquit venditionis et emptoris/ est de iure gentium et utroque iure/ canonico et civili/ pro licito habitus. Sic est in isto contractu. quia constituit certus redditus annuus qui est mercedis propter certum precium et sic sunt ibi substantialia. que complent contractum emptoris et venditoris. Allegat ad maiorem et minorem sicut ibidem potest inspicere. ff. de in legibus.

**R**ursus secundo arguit in effectu/ dimissa plerumque reverbosum. Predictus contractus non est mutuum. ergo non est usurarius. Probat consequentiam per diffinitiones usure/ datas a doctoribus. quod est lucrum proueniens ex mutui contractu.

**R**ursus tertio notat allegationes plurimorum doctorum pro parte censualiste sed quia dicta non ponit. nihil hic elici potest certum. nisi libris inspectis. et ex his quod dicit in solutione istius rationis. et sunt glose supra capitulum. Constituitur de relictis. domibus.

**R**ursus quarto sumit quod prestationes sunt approbate. nec reputantur usurarie ergo (inquit) ita dicendum erit de prestatione annua proueniente ex dicto contractu censuali antecedens probat per multiplicatas allegationes. sed consequentiam ubi nodus iacet linquit vt clara nec allegat. quod euidenter pro nobis est.

**R**ursus quinto. annua pensio potest imponi de nouo per titulum gratuitum. puta per titulum legati et eadem ratione per titulum donatoris inter vivos. ergo multo fortius potest imponi per titulum onerosum. puta per titulum emptoris et venditionis. Probat consequentiam quam concedimus. per multa iura. et consequens similiter.

**R**ursus sexto descendit specialiter ad contractum qui dicitur ad vitam. iustificando illum ex dubio et periculo quod imminet circa vitam. per argumentum de usuris. c. in ciuitate et. c. nauigantibus istud similiter concedimus viso textu.

**R**ursus septimo producit ad idem probandum/ glosam hostiensis. in summa. de usuris. que sententia licita dicit esse venditionem rerum ad vitam certe persone vel personarum. ratione incertitudinis etiam si emptor inde lucraret.

**R**ursus octauo non per modum rationis sed in neccitatis contra censualistam dicit eum videlicet

## De contractibus

inniti tolerantie vel dissimulationi romane ecclesie/tanq̄ valido fundamēto.

**A** **C**onsequēter descendēs ad ptē oppositā que fm̄ eū indubie vera ē. z diuino iudicio/cōscientie ocio z rōnis dictamini/audacter cōcordās/et ita determinat idipm̄ de quo facit q̄stionē

### Primum fundamen

tū ponit. quia vbi est eadē ratio. debz esse eadē iuris decisio. sed eadē ratio p̄hibitōnis q̄ est in vsura apta z manifesta/occurrit etiā in dicto censuali cōtractu. igit. zc. Deduxit vtrāq̄ ptē/p̄ rōnes exēplaz dicta doctorū. super quibz in respōsione aliqua tangemus.

### Secundū funda

mentū sumit ex glosa magna dñi Innocētij de vsuris. c. in ciuitate. quā inserit z postillat. z ex ea cōcludit cōclusionē vnā sub hac forma In casu quo ptinaciter tenere tur/q̄ ideo innocenti vsus est verbis cōsiliij. qz dubiū sibi erat an cōtract⁹ esset illicitus vel nō. Etiam in tali dubio fidelis xpianus de necessitate salutis tenet a tali cōtractu abstinere. nā in tali dubio cōtractū ipm̄ iniens/discrimi se supponit z sic mortaliter peccat. Deinde nitit̄ iniustificare cōtractū ad vitā. dicens nō sufficere dubiū seu piculū quod imminet/ad iustificationē. Deinde obijcit p̄tra se/in q̄rta cōclusionē/q̄ Innocētius locut⁹ est de facultate redimendi. Et r̄ndet q̄ verū est. sed magis improbasset si hoc intellexisset

**M**ultis autem omissis placet inserere glosam Innocētij. z admittere diuisionē illius quadrimēbrē. ad quā discutiendā postmodū reuertemur. qz nisi fallat animus/multū p̄ nobis est.

**G**losa Innocētij. **P**ria ps **E**x hac decretali (inq̄ Innocētius) satis innuit̄/q̄ si aliq̄s pro certa pecunie quātitate/emert aliquē redditū grani vel vini vel aliū consilem redditū/ppetuo sibi z suis heredibus dandū a venditore z suis heredibus/vel etiā ad certū tps vel ad tēpus vite alicui⁹/q̄ licitus est huiusmodi cōtract⁹/dūmodo redditus annu⁹ cōmuni estimatōe non excedat redditū quē h̄ret vel habere possit/si terrā de tanta pecunia emisset. Quidā tñ dicūt. q̄ qñ in ppetuū emit q̄ nunq̄ pt ēē

illicitus cōtractus. quantūcūq̄ sit magnus redditus respectu precij. quia licet in cōtractibz/se decipere. ff. de mio. in cāe. ij. pa. fi. **S**ecūda ps **A**lijs videt̄ forte melius. q̄ si quis emit redditū cōstitutum ante cōtractū vel actiōem venditam siue cōstitut⁹ fuerit i re/puta in domo vel possessione vel alijs hmōi siue in persona puta serui vel liberti vel rustici vel actō vel nomen. Item siue sit certus redditus. puta qz reddit decē. siue incert⁹ puta qz reddit quartā pte fructuū qui p̄cipiuntur de aliqua domo vel de ope alicui⁹ p̄sone Itē siue sit ppetuus cōtract⁹ puta qz extendit ad heredes vtriusq̄ contrahentiū. siue sit ad vitā hoīs. siue sit ad certū temp⁹. puta vsq̄ ad quinq̄ ānos. Itē nō refert si redditus sit in pecunia/siue in alijs rebz siue in facto. Semp in oibz p̄missis/reputat̄ cōtractus licitos. qz est ibi purus z licit⁹ cōtractus venditōis. Nā est ibi p̄ciū. scilz certa pecunie quātitas Itē ibi est merc. scz cert⁹ redditus vel canon vel ānona. L. de sacrosanc. ecc. iudem⁹ in p̄cipio in auct. de re. ecc. nō alie Itē actiō. c. de heredibus vel ac. vendi p totū.

**S**ed his videtur esse cōtrariū quod dicit̄ hec decretalis. qz nō est dubiū q̄ vsq̄ ad illd tps scz lōgum/plus p̄cipiet de redditu q̄ sit p̄ciū. z in actione constat. q̄ plus est in noie q̄ sit p̄ciū. Solutio. licz certū sit/q̄ vsq̄ ad. xl. annos. vel. l. vel vltiores/plus accipiet de redditu q̄ sit precij qd̄ dat. tñ hec certitudo nō facit illicitū cōtractū venditōis. Lū hoc etiā sit in venditōe alicui⁹ possessionis. vbi certū est fm̄ inferiores causas q̄ plus accipiet de fructibz eius. q̄ sit precij qd̄ pro ea dat. etiā sine expensis vel labore. dando eā ad vitū certum vel emphiteosim. Hic enī tñ reprehēdit̄/ qñ car⁹ vendit mercē propter terminū quē dat. p̄ licitū emptori/ad soluendū pecuniā. vl qz pro minori emit mercē/quia statū dat pecuniā. et prolix⁹ tēpus expectat mercē. q̄ penit⁹ sunt illicita. qz hic solū vendit tempus p ipsa pecunia. que venit z iustū precij excedit Quod ex eo apparet. qz si vtraq̄ pata esset precij z merces/p̄ minori fierent Et in casu nostro oīa sunt p̄ntia. nec vendit tps. qz res ipse de qb̄ dicim⁹. scilz reddit⁹ vel actiō/tantū valebit vel ad minus credit̄ valere subseq̄ntibz t̄pibz. q̄tuz

modo valet. vel ad min<sup>9</sup> est dubiū. Et hoc sufficit ad hoc vt cōtractus sit licit<sup>9</sup> vt hic

**Tertia pars** Idē intelligūt qdā. z si redditus vel nomē de nouo ppter hoc cōstituant<sup>r</sup> in reb<sup>9</sup> vel psonis alijs a cōtrahēte. puta qz dicit emptor. Tu cōstitues tales reddit<sup>9</sup> in possessiōe tali vel seruo. vel facies qz talis cōfitebit<sup>r</sup> se debere tibi mille vsqz ad annū. z ego de illis mille. v<sup>l</sup> magis p actōe p illis mille cōpetēte. dabo tibi qnqz ginta. Nā dicit oēs cōtraet<sup>9</sup> istos licitos. qz nō est mutuū sed emptio Item mlti casus pnt euēire qz iste emptor amitteret in hoc cōtractu. puta si inops fieret nomē. **Sz** certe bene cōsulendū est oibus fidelib<sup>9</sup> qz ab hmōi cōtractu abstinēant. scz qz de nouo ppter hoc cōstitutū redditū vel actionē emāt. **Quarta ps** Alud autē videt<sup>r</sup> penitus illicitū. qz ipse idē qd emptor in se cōstituat redditū vel actionē. qz se obligat ad pl<sup>9</sup> dādū. vel in pecuniā vel in spe/ quā accepit. **Hec Innocē**

### **Tertū fundamen**

tū sumit<sup>r</sup> ex multis exēplis z allegatōnib<sup>9</sup> in hāc vnā sententiā cadētib<sup>9</sup>. Nō dubiū qz is cōmittit in legē qd legis verba cōplectens/ cōtra legis nitit<sup>r</sup> voluntatē. Vel sic. Cōtra legē facit. qd id facit qd lex phibet. In fraudē vero leg<sup>9</sup> facit. qd saluis verbis legis/ sententiā ei<sup>9</sup> circūuenit. Sz sic est i cōtractu censualiste. qz in vtroqz cōtractu nūm/ est idē effect<sup>9</sup> excepta nois mutatōe. Sicut deducit diffuse. cōparādo conditōes vni<sup>9</sup> cōtract<sup>9</sup> ad alter<sup>9</sup>. psertim vbi datur facultas redimēdi. z maxime vbi cōstituit<sup>r</sup> de nouo reddit<sup>9</sup> vel annua pensio. Addito qz leges veteris z noui testamēti phibētes mutuū sub annua pēsiōe/ eēnt maximo ludibrio/ si hoc foramen vsurarijs supesset/ qz nomē mutui mutaret<sup>r</sup> i nomē venditōis z emptiōis/ pmanētib<sup>9</sup> eisdem effectibus. Et allegat multa capitula iuris z sc<sup>9</sup> Tho. z Joh. in summa cōfessoz. Jungēs illā regulā. Tū qd vna via phibet alicui/ ad id alia admitti nō debet. Addit verūm<sup>9</sup> ex glosa regule. qz respectus principal<sup>r</sup> habeat ad phibitū nō ad viāz bec est rōnabilis modificatio. **Querit** consequēter a censualista. q<sup>l</sup>is resultat iutilitas si ex mutuo mille solid. nō possit pēsiō vnius denarij recipi. z ex contractu censuali sumeret plus qz centum.

### **Quartū fundame**

tum assumit ex pte cōtract<sup>9</sup> querēdo. quōdum res aliqua vendit<sup>r</sup> minori p<sup>9</sup>cio cū facultate redimēdi qz si perpetuo vendēret. talis cōtract<sup>9</sup> nō censuat pignericus z p consequēns in fraudē vsuraz except<sup>9</sup>. sic allegat glosam ordinariā Hostien. Joh. Andree. qz talis cōtractus cōditional<sup>r</sup> est vsurarius. qd sane inq<sup>9</sup> videt<sup>r</sup> intelligēdū cū ppter pactū/ res vendit<sup>r</sup> minori p<sup>9</sup>cio.

Et p<sup>9</sup> oppositōem sibi met factā/ declarat qz minoritas p<sup>9</sup>ci se referat ad id qd ipsa res valeret casu qz ppetuo alienaret sine facultate luendi vel redimēdi. **Deinde** allegat opiniōes quorūdā iuristaz cū suis allegatōib<sup>9</sup>. z exponēs doctrinal<sup>r</sup> et bene qd sit inter ius canonicū z ius civile. z qd sit de rōe legis. **Concludit** qz magis creddū est peritis in arte iuris canonici. qz peritis in arte iuris civilis. Sz hec omittimus. dicētes illud bucolicū. Non nostz inter nos tantas componere lites.

### **Quintum funda**

mentū assumit ex vno casu legis. ff. de annua le. l. iij. pa. vlti. De quo videt<sup>r</sup> mirādū qz leges cōcedētes vsuras/ dixerint cōtractū hic cōmemoratū esse vsurariū qz vel ei<sup>9</sup> similis/ sepissime fit apd eccl<sup>9</sup>asticos. Est autē casus. qz si p legatuz vel donationē qd est titul<sup>9</sup> imponit de nouo certa annua pēsiō soluēda ticio/ qd ad usqz ipse donās vel legans/ dictā pensioē luerit vel redemerit vel ab ea se liberauerit p solutiōem vel traditōem certe fortis principalis. Consequēter inducit (z sicut videt<sup>r</sup> colorate) qz min<sup>9</sup> videt<sup>r</sup> hic esse vsura/ qz in casu censualiste. psertim si de<sup>r</sup> min<sup>9</sup> p<sup>9</sup>ciū ppter facultatē redimēdi siue hoc sit in vno istrumento siue in pluribus. **Hec hoc impugnare contendimus.**

### **Sextū fundamen**

tum arguit. qz si dilatio traditōis mercis. facit p<sup>9</sup>ciū diminui/ cōtract<sup>9</sup> est vsurari<sup>9</sup>. De vsuris. c. nauigati. a contrario sensu. Sed in pposito diminiuit p<sup>9</sup>ciuz. nec tota merc<sup>9</sup> est p<sup>9</sup>ns. scz pensio cuiuslibz āni. **Veritas est** qz in istādo cōtra se z rōdendo/ fatet<sup>r</sup> qz ius pēdi pensioē annuā/ sit merc<sup>9</sup> in ipso cōtractu. sicut in venditōe ppetui reddit<sup>9</sup>. Sz sp recidit in illō/ qz dat min<sup>9</sup>

## De contractibus

precium propter facultatem redimendi et aggrauat si de nouo mercipia. i. ipsum ius percipiendi constituit de nouo in ipso contractu. ubi contractantes assignant et differunt tempus prout volunt.

**Q**uodmodum istis totaliter inter se propositis fundatis nititur responsus dare validum ad affirmatiuam censualem prae. **¶** Cuius ratio duplex ad primum stat in hoc solo. quod et si dicitur contractus ex forma vocali sit emptio et venditio. tamen quod ad rem et effectum est mutuum vel reducit ad mutuum. **¶** Respondet sibi ad secundum. **¶** Ad tertium vero fundamentum per glossam de religio. domi. in c. constituitur. respondet. dicens tres esse contractus. Unus est. cum dominus alicuius rei dominium illi concedit alicui abdicans a se ipsum dominium. nihil sibi pro certis censuum annuum retinendo. Et de isto (ut dicitur) loquitur hic glossa allegata cum doctoribus. Alter contractus est emphiteosis concordans cum predicto in modo constituendi. Sed in hoc differt quod in primo procedens nullum sibi retinet rei dominium vel ius emphiteoticum. sed in secundo retinet utrumque. Et uterque est licitus. Tertius contractus de quo nunc inquitur hic (ut dicitur) contrarius modum ad precedentem in hoc quod ille qui est dominus ab initio ipse est qui pensionem censuale supra se et supra rem suam constituit. propterea non sequitur si procedentes contractus sunt liciti quod iste. **¶** Proinde respondendo ad quartum fundamentum. non negamus (inquit) quod ex alijs modis et contractibus annue pensiones censuum possint imponi licite. ut in fundatione ecclesie. ut in concessione quam dominus facit de re sua. ut dum aliqua ecclesia erimita a iurisdictione episcopi. et alijs modis sparsis in iure. sic allegat. sed sufficit nobis concessio fundamenti. **¶** Rursus. processio antecedente quanti fundamenti quod per titulum gratuitum scilicet legatum vel donacionem pro annua pensione de nouo constituit. negat consequentiam. vel similitudo ad casum nostrum. quoniam in titulo gratuito. nulla est suspitio de usura. nec ad mutuum vel ad effectum mutui reducibilis secus hic. **¶** Ratio propterea ad septimum fundamentum stat in hoc. quod in mutuo quodammodo probabile dubium vel periculum non potest concludere excusationem usure. de qua in causa nauigati. **¶** Secundum est in contractu venditionis et emptiois de quo loquitur illud capitulum. Cum igitur in casu censualiste de quo queritur sit mutuum vel ad mutuum reducibile non est similitudo. antequam quod precium ut in plu-

ribus est valde paruum respectu magnitudinis pensionis. et ad tempus est probabiliter satis duraturus. Posset addi sed non tamen hic quod contractus talis dat occasionem machinandi in mortem alteri vel eam optandi. sed illi qui recipit pensionem ad vitam. Alteri in responsione ad septimum dicitur esse duos casus positos ab Hostienensi. Unus est quod licet emere possessiones ad vitam ipsi emptoris. sed hoc intellegitur ubi non constituitur fructus de nouo. et mercipia iam creata emit. nec dat facultas redimendi et ita non est similis casus ad nostrum. Alter casus est cum quis tradit vel vendit oues alicui monasterio sub pacto quod pro quolibet oue recipiat duos solidos. cum fructus cuiuslibet ouis valeat quatuor vel quinque solidos. Sed post mortem traditoris omnes oues ad monasterium pertinebunt. et hoc est licitum propter incertitudinem mortis vel multiplicationis ouium. Sed secundum est in casu censualiste quod est mutuum vel ad mutuum reducit. **¶** Postremo respondet ad ultimum per illud dictum de pbedis multa per patientiam tolerantur que si deducta fuissent in iudicium exigente iusticia non deberent tolerari.

**¶** Ceterum summam collecta est sententia tractatus quantum visum est sufficere ad intentionem nostram quod versatur non ad impugnationem tractatus principalem aut mordaciter sed ad elucidationem veritatis tantum in casu proposito quod in alijs nonnullis in materia contractuum. que ad conscientiarum serenationem et iurium faciunt intellectum.

### Attentio prima

Attendant in primis quod octo rationes facte per censualista militat pro casu nostro. Rec respondentiones date per trariani. sed confirmant propositum. dum concedunt censuales redditus rationabiliter emi posse vel institui si non appareat de corrupta intentione. vel ex modicitate precij. vel ex mala fama contractantis. ut quod consueuerunt usuras exercere.

### Attentio secunda

Attendant quod prima ratio sua contra censualista fundas se in hoc quod ubi est eadem ratio. de qua est de iuris decisio soluta est per quatuordecimas propositioem scilicet de pris. Et possit respondendo ad formam concedi maior in terminis si sit eadem similitudo penitus. sed minor negabit. quoniam in usura apta prohibitio legis diuine et humane est manifesta. non sic in casu

censualiste. etiā vbi peccaret. quia hoc eēt  
 occultū. aliud manifestū. **A**ddito q̄ p̄  
 cepta nō obligāt vt fiant ad intētionē p̄  
 cipientis nisi sub conditōne. hoc est si de  
 beat finis assequi. alioquin honorās pa  
 rentes propter naturalē pietatē nō referē  
 do ad deū peccaret. **S**ilr z ieiunans si nō  
 efficacēt deuotior. z ita breuiter de quoli  
 bet p̄ceptoz. **F**acit pro hac r̄sione te  
 ptus expressus extra de vsuris. c. in ciuita  
 te vbi sic dicit Alexander tertius / scribēs  
 ianuen. ep̄o. In ciuitate tua dicitis sepe cō  
 tingere q̄ quidam pip seu cinamomū seu  
 alias merces cōparant. q̄ tunc vltra. p. li  
 bras non valent. z pmittūt se illis a qui  
 bus illas merces accipiūt. xi. libras statu  
 to termino soluturos. Licet autē cōtract<sup>o</sup>  
 huiusmodi ex tali forma nō possit cense  
 ri noiē vsuraz. nihilomin<sup>o</sup> tamē vendito  
 res pctm̄ incurrūt. nisi dubiū sit. merces  
 illas plus min<sup>o</sup> ve solutōis tpe valituras  
 Et ideo ciues tui saluti sue bñ cōsulerent  
 si a tali cōtractu cessarēt. cum cogitatōes  
 hominū / omnipotenti deo nequeāt occul  
 tari. **P**osset autē hoc in loco fieri p̄qui  
 sitio / cur contractus hic cōmemorat<sup>r</sup> / et q̄  
 nō est vsurarius sit illicitus? **S**i dicatur  
 q̄ propter precii maius et excessiuū. hoc  
 habet locū in foro consciētie / sicut etiam  
 videt<sup>r</sup> notare decretalis. sed nō in exteri  
 or iudicio vbi res tantū valet fm̄ legistās  
 quantū vendi potest. qd̄ intelligit nisi sit  
 defraudatio plus mediō iusti pcti. qz tūc  
 cōtractus rescindit. vt in ciuilib<sup>o</sup> / licet nō  
 vsurarius. **S**i vero dicat<sup>r</sup> illicitus esse qz  
 sit in fraude vsurariū. Rūdebit venditor.  
 nequaq̄. sed in fauore cōseruatōis vel  
 augmētatiōis proprie substantie. z sustē  
 tatiōis domesticoz onez. **E**cce quomō  
 malignātibus z volentibus / iniuste age  
 re / nō sufficiunt leges positie cōtra vsu  
 rarios late. quin potius sunt incidētalit̄  
 aliqñ in damnū reipublice. in laqueū cō  
 sciētie. in offēsiōes z scandalū. **S**i au  
 tem sentētie iuris / ex cōdicationū vel inter  
 dictoz / ligent abutētes talib<sup>o</sup> cōtractib<sup>o</sup> /  
 dum sūt in fauore vsuraz. licet non in se  
 sint vsurarij videāt domini iuriste an pe  
 ne sint vsq̄ ad hoc ampliāde. dum non  
 constat de intentione.

### **E** Tertia attentio

Attenda<sup>r</sup> sup secundo fundamēto cōtra

censualistā. vbi assumit glosam magnani  
 Innocentiū de vsuris. c. in ciuitate. q̄ pri  
 ma pars / est euidenter quō ad oēs sui clau  
 sulas / pro censualista. z pro dicitis pri<sup>o</sup> in  
 diuersis consideratōib<sup>o</sup>. **S**ilr z scōa z ter  
 tia partes vsq̄ ibi. **S**ed certē bene cōsu  
 lendū est. **A**tento q̄ vbi dicit in secunda  
 parte. Alijs videt<sup>r</sup> z forte melius. non ne  
 gat priores bene dixisse sed ponit sub du  
 bio si sequētes meli<sup>o</sup> dixerint q̄ loquūtur  
 amplius pro parte censualiste. **E**t mod<sup>o</sup>  
 loquendi cōis / notat eū sentire q̄ meli<sup>o</sup> li  
 cet alij bene. **D**einde cū dicit. **S**ed cer  
 te bene cōsulendū est. **P**ater ex modo lo  
 quēdi q̄ cōforimat se verbis decretalis.  
**I**n ciuitate / q̄ nō loquitur nisi p̄pter du  
 biū intentōis contrahentiū. **E**t ex illo q̄  
 affirmat statim in q̄rtā pte dicens. **I**llud  
 autē penitus videt<sup>r</sup> illicitū / q̄ idem q̄ dici  
 tur emptoz / in se constituat redditum. z  
 vbi notet lector / de correctōne quā tracta  
 tus facit. dicens p̄ viciū scriptoris factuz  
 esse / vt dicatur / emptoz pro veditoz. quia  
 non possēt (inquit) bene exemplificari q̄  
 emptoz cōstituat redditum in se. **S**z hic  
 cognoscit inaduertentia magna. qm̄ em  
 ptoz z venditor se habēt correlatiuē. z po  
 test ille q̄ emit / cōstituerē se venditorē per  
 redditū vel actōnē qua se obligat ad plus  
 dandum / vel in pecunia vel in spe / q̄ accē  
 perit. **E**t hoc obsecro tū lector vigilanter  
 attende. z cognosces q̄ affectio nimia im  
 pugnādi censualistas / fecit aliter sonare  
 verba Innocentiū q̄ sua fuerit intentio. si  
 cur de sonitu cāpanarū vulgarit̄ exprimur  
**P**roinde sup reliq̄s conclus<sup>r</sup> cōtra cen  
 sualistas ad vitā. et de regula ista. **Q**ui du  
 bio stāte agit aliquid / mortaliter peccat  
 dictum est prius propositōne tertiadeci  
 ma secunde partis.

### Quarta attentio

**A**tenda<sup>r</sup> pro r̄sione ad tertiū funda  
 mentū q̄ censualista bonā habens inten  
 tionē sicut habere p̄sumit in casu nostro  
 nō agit in fraudē legis nec contra legem.  
**N**ec illud quod inquirit que differentia  
 sit si nō possit recipi vn<sup>o</sup> denarius ex vsu  
 ra / z ex contractu censuali recipient pl<sup>o</sup> q̄  
 centū. cōcludit. **E**t patet r̄sio p̄ exemplū  
 datum in materia de symonia. quia sacer  
 dos celebrans missas. potest recipere centū  
 francos pro sustentatōe vite sue. **E**t non

## De contractibus

posset recipere unum denarium. pro commutatio-  
ne misse ad denarium.

### ¶ Attentio quinta

Attendat circa quartum fundamentum quod sup-  
ponit illic esse fraus usurarum. tum ratione  
minoris pretii. tum ex conditioe contractus.  
Et ideo nihil contra casum nostrum vel  
simile. quam pretium equat venditioni. nec sit  
ad usurarium questum.

### ¶ Attentio sexta

Attendat super casu civili quinti fundamē-  
ti illud quod tactum est in recitando. quod scilicet illud  
casum non vidi in textu legis. cuius suppo-  
no bonum intellectum. Vidi autem dominum  
de palude qui fuit magnus iurista et theologus  
qui super tertium sententiarum disti. xxxvij. ubi  
cōiter doctores theologici tractant materiam  
de usura et ibi requirant. Hic in qua doctor  
ponit casum legis. Quod si petrus vendat com-  
munitati aliquam domum vel hereditatem cen-  
tum francis. potest statim emere. et libras ad  
vitam super eadem hereditate. **¶** Uerum est quod ex-  
hibitus est mihi modo textus legis predictae  
qui sic habet. Si cui quantitas certa le-  
getur. et quoad presertim in singulos annos  
certum aliquid veluti usuram iusserit testa-  
tor presertim legatum valet. Sed in usuris ha-  
ctenus valere debet quantum probabile mo-  
dum usurarum non excedat. **¶** Ex hoc textu primo  
quod facit pro nobis. quod dicit quod legatum  
valet. Patet etiam quod nomen usurarum hic non  
accipitur prout habet malitiam sibi voluntariam  
sicut est nomen furti et rapine. alioquin sibi  
contradiceret. sed accipitur usura pro superabun-  
dantia in contractibus. prout etiam glossat san-  
ctus Thomas. illud deuter. xxvij. fenerabis  
gentibus multis. Et in euangelio luce. xxvij.  
increpat piger seruus qui non dedit pecuniam  
ad usuram. quibus sit hic metaphorica locu-  
tio. sicut ibi. feneratur domino qui miseretur  
pauperis.

### ¶ Attentio septima

Attendat pro sexto fundamēto. non semper  
verum esse quod si dilatio traditionis mercis fa-  
cit pretium diminui. contractus sit usurarius  
quod casus est oppositum in terminis. c. In ciui-  
tate. plus allegato. et tactum est in quinta pro-  
positioe secunde partis. quod pacto sit hoc factibile

### ¶ Attentio octaua

¶ Attendat post discussionem aliquam predicti  
tractatus. quod pro omnibus dictis in prioribus pre-  
ter viginti considerationibus sunt docto-  
res theologici in variis passibus. consequen-  
ter ad legem euangelicam et naturalem. cum qui-  
bus legibus loqui non est sine lege loqui.  
Nominatim sanctus Thomas. secunda secunde questi-  
onibus diuersis. circa materiam de iusticia  
nunc diuidendo iusticiam in commutativam et  
distributivam. querendo consequenter de contra-  
ctibus emptoris et venditoris. de usura. et sibi-  
bus. Sicut poterit inuenire studiosus si-  
ne quorotatione ad quodlibet verbum. quam iu-  
ra dictum senece. Non minus culpa est ni-  
mia diuinitio. quam pauca. confusione enim gene-  
rat. sicut patet in puluere. si preterea causet  
turbationem memorie. et intelligentie magnam  
involuntatem querat ab expertis.

### ¶ Attentio nona

Attendat quod pro dictis in secunda parte sub  
xxxij. propositionibus sunt doctores theologici  
quantum liberos habui et videre potui.  
¶ Primo ad conclusionem rursalem in forma co-  
cordat Joh. andree in summa confessorum. qui  
theologus fuit et magnus inuestigator. etiam  
in iuribus positiuorum libro. ij. tit. vij. de usuris  
q. xxv. Cuius hec verba sunt in forma. Quid  
si vendidi predictum. tali conditioe adiecta. ut quis  
soluat pretium a me vel ab herede meo. reha-  
beam predictum ego vel heres meus. vel quousque  
ad tot vel tot annos possim rehabere. solu-  
to pretio. nunquid est usurarius contractus. Respondit  
fratris Ray. pa. vi. Item quid sit. Ad hoc dico quod  
non est mutuum. et emptor facit fructus suos si-  
ne periculo usure. licet venditor iuxta vendi-  
tionis formam postea recuperet predictum. Et hoc  
intelligas nisi in fraude usurarii sit facta  
talis venditio vel conditio. quod presumitur  
ex his coniecturis. scilicet ex eo quod modicum est pre-  
tium respectu valoris rei. ut extra de empt. et  
vend. ad nostram. Item ex eo quod aliquid pro soluit  
ultra summam receptam. puta fuit vendita pro  
centum et est in pacto quod cum rescindet vendi-  
tio reddant. cxx. extra de pignori. Illo-  
nos Item ex eo quod emptor consuevit exercere  
usuras ut in predicta decretali ad nostram.  
Idem Hostien. s. nono Et Berni. in glo-  
sa super c. Loquestur Decreti. **¶** Facit etiam  
vuilhelmus compilator optime summe devi-  
cium et virtutum. tractatu de auaricia parte  
de usura Dum numeras contractum censua-  
lem inter usurarios hanc assignat rationem

quia res longe pro minori precio recipit ad annua pensionem propter pactum redimendi. Concludit ergo per argumentum a contrario sensu / si non datur premium minus / non erit contractus usurarius / saltem ex hac radice. Porro non legi theologos alios / ponentes in forma casum nostrum. sed concludit rationabiliter eius / ex alijs dictis suis atque fundamentis / et specialiter si attendatur quid dicitur usuram formaliter esse. De iuristis autem vidi plures allegatos. quos originalliter nondum inspexi nisi Ber. glossatorum de cretaliu. c. conquisitus de usuris in glossa. ij. circa finem / ibi Item si vendo In qua glossa notat pecuniam numeratam posse dari ad pompam vel ostentationem sicut etiam dari potest pro impignoratione / quo casu dicit aliquid posse sumi ultra sortem. Loquitur insuper de precio ultra sortem adiudicato in fauorem ecclesie. Sanctus Thoma sentit idem quod prius de pecunia numerata. Unde patet quod malignantibus vix potest claudere aditum ad usuram. Poterunt enim fingere / vel suum interesse vel aliquid simile. Sunt alij pro casu nostro allegati. Sicut dominus Hostiensis in dicto. c. conquisitus. Sicut. B. bohic. qui predictos recitat / nec improbat. Sicut Ber. in summa. de usura in pa. ij. Alterum de redditibus ad vitam quod liceant / tenet expressisse dominus de palude / vbi prius allegans et respondens. Qui propterea tenet artem campforiam licitam / non adducens aliam rationem / quam quod ecclesia tolerat eam. Doctor iste preterea ponens opinionem durandam qui sanctum Thomam insequitur. tenet illud quod dictum est de receptione mutui ad usuram ita tamen quod dans / non abneget a se in re / petendi / sicut nec potest / propter interesse reipublice. Preterea doctor subtilis in quarto / ponit casum sexte propositionis / secunde partis nostre / approbans illum et laudans. et addens quod legitime prescribens rem plus alienam / non tenet in foro conscientie dum sibi constitit eam fuisse alienam / restituere / faciente hoc legis autoritate. et negligentiam custodientium res suas puniende. Concordat predictus de palude in quarto suo.

**Attentio decima**

Attenda quod super casu particulari fuerunt inquisita plurima consilia peritorum / etiam theologorum / in varijs locis et collationibus nominatim. Constantie in reformatorio. et ad

partem in scedulis subscriptis. et qui vidit testimonium prohibuit quod contractus predictus et similes sunt liciti. Doctores autem viuentes / non minorem habent auctoritatem / doctrinaliter exponendi sacram scripturam vel interpretandi iura / quam mortui. Et qui non scripserunt. quam qui scripserunt. Et ideo frustra fit aliquando tot allegationum multiplicatio. Confestim ut vnus aliquid scripsit. et contemnit videntium consilium. qui sepe attendere magis possunt circumstantias particulares. secundum quas variari iudicium sepe necesse est. quemadmodum dicunt experientissimi medicorum in hominibus sanandis. quod regule generales tradite sub arte / vix inueniuntur practicabiles absque exceptioe. Multo magis in moralibus hoc euenit / quanto plures sunt mutationes animorum quam corporum. Propterea necessitatus est philosophus dum medium virtutis inquireret dicere / prout sapiens iudicabit. Patet exinde quorundam nimia humilitas vel vanitas. quod requisiti dicere quid sentiant de aliquo casu moralis confugiunt statim ad allegaciones super allegaciones / et ad glossas super glossas / dimissis etiam quibusque textibus. aut principijs vniuersalibus ad que debet resolutio fieri. dicentes. Ille sic sentit alter sic sentit. alter approbat eum. alter sentit cum isto / quibus recte dici potest. Dic non quod alij scripserunt. sed quid tu ipse dicis vel sentis. Dicit enim aristoteles. vi. Ethicorum. quod iudicia prudentium et expertorum / habenda sunt pro principijs. vbi etiam nullam assignarent rationem quoniam ex multis experientijs et studijs / euenit illud Lara ( id est preciosa ) datur longum prudentia tempus vsu. Sic in medicina / sic in omni arte. Unde orta est illa maxima a sapiente et philosophis posita. Cui libet experto in sua arte credendum est.

Ubi autem dissentiunt doctores super aliquo casu / cuius vtraque pars siue agatur siue non agatur / potest in culpam verti / prout exemplificatum est in capitulo inquisitionis. extra de sententia excommunicationis. Oportet tunc attendere particularius ad circumstantias tam ex parte doctorum loquentium. ut quia isti sunt plures et famosiores sanctiores quoque et in dictis alijs solidiores / quam ex parte illius rei que non agenda / vel agenda proponitur. Demum ex fine et intentione agentium. Ut ex omnibus eliciatur de duobus

# Tractatus

probabilibus propositis / quid illoꝝ pro  
babilibus habendū sit. Pretactū est insup  
de resolutiōe faciēda ad terminos iuris  
diuini / vbi humana iura dissonare ad in  
uicem vel cōtra caritatē viderent militare  
Ita enī fieri necesse fuit pro sedatiōe scis  
matis p conciliū generalis conuocatiōem  
sinē papa recepto p omnes qui cōuenerāt  
et per iudiciū cōcilij sup vtrosq; cōtendē  
tium de papatu Non obstante lrali sono  
decretorū / quod nec conciliū euocari po  
test sine papa. nec papa potest a toto con  
cilio iudicari. Sed hec hacten? pro con  
statōe subiuncta. q; nihil hic vel alibi / te  
merarie loqui propositū fuit. nihil cū cō  
scientia vel detractōis vel inordiati fauo  
ris. vel amaricati cordis. nihil deniq; in  
fauorē illicitoꝝ cōtractū vel cōtrahenti  
um. psertim vsurarie prauitatis. quā no  
uimus tam diuino q̄s humano iure dam  
natam.

¶ Finit tractatus de cōtractibus.

## Incipit tractatus

eiusdem de symonia.

¶ Uper materia symoniace la  
bis in collatiōe bñficiorū p  
papā resoluēdo materiā ad  
radicē scripture sacre. quadi  
missa pcurrere ramos opini  
onū p particularium sine caret. ponitur hec

vnica conclusio.

¶ Symoniaca labes ptra ius diuinū  
vel de symoniaca spē suspectū est  
in conferēte bñficiū ecclīasticū (etiā si sit  
papa) erigere vel extorq̄re a bñficiādo / pm  
ptam pecuniā / sub titulo primorū fructu  
um / ac impedire possessiōes z officiatōnem  
suā quōsq; soluerit illā pecuniā. Deduce  
mus pclusionē hanc / pmo ex septē suppo  
sitiōib; fundatis in iure diuino. De hīc  
rūdebim? septē obiectiōib;. Subinde  
septē p sideratiōes vel doctrinas adijciem?

¶ Prima suppositio.

¶ Apponit primo p pbatōe / q; in  
bñficio psertim hñte curā aiaruz  
sunt hec duo scz officii z bñficiū. Benefi  
ciū autē (sicut dici solet z vez est) dat pro  
pter officii. Cū ad ius z obligatiōem offi  
ciandi / ppetit ius bñficiū recipiēdi. sicut  
infra docebit / ex oī iure. Propterea nō de  
bet obligari q̄s ad offician dū / p traditiōz

ordis sacri vel alias / nisi bñficiū. i. ius re  
cipiēdi sustentatiōem vite siml annectat

¶ Secunda suppositio.

¶ Apponit pterea / q; officii ecclē  
siasticū qñq; sumit p iure officii  
andi. Dñq; p obligatiōe ad offician dū  
Dñq; vero p ipso actu offician di. Est  
autē hmōi act? sic descriptibilis q; est exer  
citiū aliqd impēsum ad vtilitatē alteri? vl  
alioꝝ / p psecutiōe felicitatis eterne. z dam  
natiōis euitatiōe. Cū p hanc vltimā clau  
sulā / differt officii ecclīasticū / ab officio  
tpali vel ciuili. videlicet rōne finis. primi  
seu principalit intenti / qm finis primus  
officij ciuilis / est felicitas seu tranq̄llitas  
politica vite pntis / officii at ecclīasticūz  
h; finē altiorē / videlz salutē eternā aiarū.

¶ Tertia suppositio.

¶ Apponit insup q; hec tria / pure  
sunt spūalia / scilz ius ad offician  
dū quod data supiore vocāte vel eligente  
q; nemo assumit sibi honorē fm aplm s; z  
q; vocat a deo sicut aaron. Sitr obliga  
tio ad offician dū cōsurgit ex consensu su  
scipiētis hoc ius vel honorē. Sitr actus  
officiādi / spūalis est rōe finis vel obiecti.  
z vt frequēter rōe ipsiusmet obsequij. sicut  
sunt baptisare. pdicare. ordinare. celebra  
re missam absoluere et ita de reliquis.

¶ Quarta suppositio

¶ Apponit amplius / tanq; suffici  
enter et expresse determinatuz de  
iure diuino p christū z p aposto  
lum / q; ad officii ecclēsiasticū sic trisarie  
sumptū / pro iure / pro obligatiōe. et pro  
ipso opere / correspondet beneficiū trisa  
rie proportionabiliter sumptū. scilz pro  
iure. pro obligatiōe et pro ipso opere. ¶  
Unde beneficiū p ipso iure sic potest de  
scribi. q; est ius recipiēdi sustentatiōem  
vite tempalis condēcentē / ratiōe sui spi  
ritualis officij. ¶ Obligatio autē ad be  
neficiū prestandū / cōsurgit ex obli  
gatiōe que est ad offician dū. Unde illi q;  
pure sponte ministrant spūalia / non  
semper obligātur illis quibus fit hec mi  
nistratio. quin habeant curatos vel pla  
tos ad hoc ipz eis ministrādū obligatos.  
alioq; duplici contritiōe vel onere pmerē  
tur. ¶ Tereꝝ actus bñficij / actui officij vl  
exercitio correspondet. et hoc vtiq; de iure  
diuino z inseparabili. sicut deducit ap̄lus  
ex multiplici radice sumpta. nunc a lege